

I.

Anno 1151.

Geysa II., Hungariae, Dalmatiae Croatiaeque Rex, iuramentum Colomani Regis, civitatibus Croatiae et Dalmatiae praestitum, civibus Tragurinis renovat.

Anno Dominice Incarnationis MCLI., in anno regni mei II. Ego Geysa secundus, rex, secundi Bele regis filius, scepra paterni Regni, scilicet Hungarie, Dalmatie, Croatiae, Rameque jure hereditario optinens, juro super sanctam crucem vobis Tragurinis fidelibus meis civibus firmam pacem, mihi et filiis meis et successoribus tributarii ne sitis, Episcopum vero et Comitem, quem Clerus aut populus elegerit, confirmabo etc. etc.

(Caetera ut in privilegio Colomani, quibusdam exceptis, quae hic in favorem Tragurien-
sium speciatim statuuntur.)

Farlati Illyricum Sacrum T. IV. p. 330.

II.

Anno 1242. Clissae.

Bela IV. Rex Jadrensis privilegia, eisdem a praedecessoribus suis concessa, confirmat.

In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen. Bela Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatie, Croatiae. Universis litteras presentes inspecturis Salutem in Domino. Presentium tenore volumus fieri omnibus manifestum, quod ciues Jadrenses ad nos communi proposito venientes promisserunt, quod